

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CLII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

rarum ut veniam des, oro. Reverendum Ecclesiæ Vestræ Ministerium meo nomine reverenter salutari peto, Bene & feliciter in Christo, mi D. Marbach, vale.  
Brunsvigæ, 16. Julii, 1568.

T.

Martinus Chemnitius.

CLI.

*Salutem à Filio DEI. Reverende viri*

*parentis loco colende.*

**F**acile te excusant adsiduæ occupationes, quod scribis rarius. Nec dubito, quin eodem candore meorum laborum sis æstimator. Scripsi Thomæ Irtenbergio, Noribergensi, ut ad te mittat 40. fl. quod eum facturum spero: eam pecuniam quælo tradas duobus scholasticis, alumnis nostri Principis, Georgio Kirrmaiero & viro Kirchbauer. Ob annonæ caritatem, quæ apud vos est, & stipendii quod illis præbetur tenuitatem, statuerunt se conferre Jhenam, quam Academiam sedulo instaurat Dux Saxonie, Joh. Wilhelmus. Permissum eis hoc est à Senatu Ecclesiastico, quod tibi significandum putavi, ut facilius honestum impetrent testimonium. Johannes Fridericus Cœlestinus, Doct. Jhenam à Principe Joh. Wilhelmo revocatus, & à nostro Principe dimissus. Theologum, qui ei succedat, abs te non peram indicari: scio enim, vos egere & totum biennium quæsisisse. Christum præcor, ut operarium fidelem extrudat. Rerum Illyrici statum scire pervelim. Novi jam nihil. Bene in Domino vale. Neuburgi, 23. Julii, 1568.

*Tuus ex animo*

Tilemannus Heshufius.



CLII.

*Salutem in Christo Jesu.*

**L**iteras tuas, Reverende & Clarissime Vir, Domine & frater charissime, accepi, quas nuper ad me scripsisti. Ac primo omnium, quod ad juvenem attinet Isnenfem, prospexi illi apud Professore[m] Hebrææ linguæ, M. Jacobum Dachtlerum, virum

virum optimum & doctissimum, cujus conservatione & doctior & melior fieri potest. Pro libro autem D. Hammelmanni ad me transmissio & tibi & illi gratias ago maximas. Gratulor ecclesie & nobis de pio hoc consensu, quem ut Dominus augeat & confirmet, oro. Quo minus autem legerim, fecerunt occupationes meae summae & propemodum infinitae. Constitueram ego his canicularibus excurrere, & caput defatigatum non nihil recreare. Sed Typographus me domi detinuit, nisi voluissem operarios ejus cessare. Importunissime enim urserunt amici, ut conciones *Esslingae* contra Papistas, Zwinglianos, Schivvenckfeldianos & Anabaptistas habitas, curarem typis evulgari, in quibus conscribendis his canicularibus occupatus sum, nec dum finiivi, in quibus omnes controversiae populariter tractantur, quem laborem, ut illi arbitrantur Ecclesiae fore non inutilem, ita ego existimo, me passim contra me crabrones irritaturum. Sed jacta est alea, & eventus Domino commendandus, de veritate doctrinae meae sum certissimus. Libellum D. D. Wigandi legi, propter Disputationem, quam propediem de duabus Naturis in Christo & communicatione Idiomatum publice proponam. De quo jam pridem judicium meum ad D. Illyricum perscriptissem, nisi eadem occupationes me impedivissent. Optarim sane me prius vidisse, quam editus esset, ut de quibusdam prius admonere licuisset. Sed quoniam editus est, inveniemus tamen viam, qua Sycophantiis adversariorum occurratur, adversus quas multis in locis uno verbo muniti potuisset. Mora igitur, ut D. Illyrico non sit molesta, tu meo nomine rogabis. Turcicum Alcoranum ita refutavi, ut nullibi contra Papatum magis pugnasse videar, sicut Conciones docebunt. Utinam in Caesaris manus pervenirent, quas Primus Timberus curabit in linguam Schlavonicam converti. Pfaffi in furores contra me convertentur, quos proximis duobus scriptis provocavi, & nunc aliud brevissimum ad Christianos in Bavaria adorno, quibus Laichorum, Concionatorem aulicum Bavaricum & Eifengrein adorior, & Ecclesiam consolator, quod ipsi quoque doctrinam nostram confirmant, quos pudeat pontificia, nisi praetextu nostrae fidei, tueri.

De consensu inter nos firmando per Synodum, non video hoc tempore & his moribus consultum. Nihil enim certius est, quam quod majora certamina sint securura, si Synodus fiat. Unica meo judicio via est reliqua, ut de capitibus controversis, Personali condemnatione omissa, conscribantur Canones aperti & minime dubii, quibus si singuli subscribant, major concordia speranda, quam si renoverunt, quae praestat esse sopita. Meministi, quid Wormatae acciderit ante annos II. Quid nunc quae fieret? Ego in hac parte aliquid jam pridem tentavissem, nisi toties advocatus fuisset. Sed Domino dante faciam prius quoque tempore. DEUS suo Sancto Spiritu me gubernet. Juvenem huic, mihi non nisi de facie notum, Tuae charitati commendo. Cui apud nos locus esse non potest, fortassis apud vos commodius vivere possit. Bene & feliciter vale. Raptim

prim Tubingæ, pridie Cal. Augusti, 1568. Mea Tuam uxorem honestissimam diligenter salutare iussit.

Tuus ex animo frater

Jacobus Andrea.

CLIII.

Gottes Gnade / sampt meinen Freundwilligen Diensten / allzeit zuvor / günstiger lieber Herr und Schwatter. Ewer Schreiben / darirt 7. Septembris, habe ich empfangen / in welchem Ihr des D. Ilirici disputation in meliorem partem interpretirt. Nu wolte ich nichts liebers / dann es den Verstand hätte / ich weiß aber / daß D. Wigandus, Gallus und D. Heshustus, dagegen wichtige bedencken haben / wie Ihr mit der Zeit vernemen werdet / so kan ich das meiner Einfalt nicht loben / daß D. Iliricus, pendente fraterna collatione, also mit dem Druck geehlet. Item daß er seine Fratres beschuldiget / sie haben ihne weit diffamirt, da doch von denen Sachen zu niemands / das ich weiß / dann nur ad amicissimos Ilirici, als ad Doctorem Achit : Medicum, D. Petrum Brem, & D. Scharden und etliche Theologos geschrieben worden.

So habt Ihr auß besliegender wahren Copia lauter zu befinden / ob Iliricus den Diabolum nicht einen creatorem expresset nennet / und das peccatum originale novam creaturam.

Ich habe das überschickte Büchlein propter dolores calculi nicht lesen können / aber doch besliegende locos nachgesucht / und funden / daß er für die Wort : Sequitur ergo hinc, &c. welche in scripto exemplo stehen / in Druck dafür gesetzt habe : Porro sequentur, &c. warumb er solches gethan / wird guter Verantwortung bedürffen. Man solte in solchen grossen Sachen versichtiger / und Theologisch handeln / und nicht so ehlend herauß plasen. Es seynd leider sonst Greit gnugsam mit offenslichen Feinden der Kirchen / daß man billich solche Scripta solte einstellen / und subtilitäten ingenii zu andern Sachen spahren / und die Fratres unbetrübet lassen / und Ihren Rath so gar nicht für nichts achten. Dann sie haben warlich auch Ihre herrliche Gaben. D. Heshustus Noster ist gestern auff gnädiges erfordern zu Meinem Gnädigen Fürsten und Herren verreiset nach Zwenbrück / rath in allwege / daß Ihr und D. Iliricus Ihn besuchet / und coram familiariter & pie conferiret / Er kan Euch berichten wie es mit dem Colloquio Theologico werde zugehen. D. Ilirico sagt meinen willigen Dienst / und daß ich Jhne Schwachheit und Einfalt haben auff dieses mahl nicht antworten kan. Ich empfinde aber efficaciam peccati originalis in mir oftmahls viel greifflicher / dann Er